

in medio mari ingens & centum quondam urbibus habitata Creta, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem  $\mu\epsilon\tau\omega\pi\omicron\nu$  immitit, nisi major esset, Cypro similis, multis famigerata fabulis, adventu Europa, Pasiphaes & Ariadne amoribus, Minotauri feritate fatō, Dedali operibus & fuga, tum statione atq; morte, &c. Sed illas sustulit Janus Parrasius fylloge IV. ep. 15. (quæ habetur in Thesaurō Critico Tom. I. p. 742. seq.) ad Archangelum Clavallensem: quod in Pomponio Mela (scribit) te remoratur, id aliquando nobis etiam negotium fecit: Donec tua causa locum diligentius expensum correximus. Nam si leges in Cretæ descriptione: multis famigerata fabulis, tum statione atq; morte. Quod ultimum de Dædalo traditur, erit præter historiã. Quippe Dædalus in Lycia non in Creta fato functus est, cum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem, qua commeabat, egressus momordisset, ut Alexander apud Stephanum refert. Et Hermolaus castigat Plin. lib. 5. ut mirum sit hunc apud Melam librarii lapsus, ab eo non animadvertit; Tu mea sententia lege, Tali statione atque morte. Talis enim æneus fuisse dicitur, opus Vulcani, Minoi dono datus ab ipso Deo, ut insulam Cretam custodiret: Tante velocitatis, ut eam ter in die obiret, ut canit Apollonius Argon 3. quem Minyas, appellere prohibentem, Medea potionatum vertit in furorem, atque extinxit: vel (ut alii scribunt) cum promississet immortalitatem facere, reflexo, retractoq; clavo, quo fatalis in eo vena comprimebatur, effuso sanguine extinxit &c.

## OPERA DÆDALI.

§. I.

**D**ædali opera tam celebria omni tempore fuerunt, ut in proverbium abierint, quo cuncta artificiosa denotabantur. Sic enim Harpocraton, in lexico sub litera Δ. Δαιδάλα ποιήματα, Ἰπὶ τῶν ἀκριβῶντων τῶν τέχνας. Dædali opera, de egregiis artificibus. Suidas in voce Δαίδαλον idem innuit: Δαίδαλον, ποιήλον κατὰ σκέυασμα ἀπὸ Δαιδάλα ἰωὸς μηχανοποιῶ. Varium opificium à quodam Dædalo variarum machinarum fabro. Conf. Erasimum

C

rasimum